



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Canopus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

hæc dedicabantur, quod divitiarum & omnium proventuum nomen haberetur) necesse erit hæc & omnia colligere, ac (veluti vetustas fecit) in unum commiscere.

FRUGUM OPULENTIA. CAP. XX.

Bonorum largitor. Modii sive Calathi usus: Ab ipso canistris. Eclog. 2. Æt. lib. 1.

Sive igitur modius, sive calathus sive quid hujusmodi figuretur, frugum id opulentiam indicabit, quas ipse sive Serapis, sive Osiris, sive quocumque nomine dominus idcirco nuncupari placet, humano generi, sicuti invento, & aratione commonstrata, comparasse dicitur: de quo multa alibi, & quo pacto Osiris quoque in hujus inventi participatum admittetur, discerimus. Illud vero constat, utriusque opes & donaria in canistris offerre, & antiquorum fuisse morem, & nunc palam omnibus esse: quin etiam ubi liberalius, opipariusque aliquid erogatum significare volumus: ut dicitur, dicere consuevimus. Hinc apud Maronem ferunt nymphæ calathis pollentes violas, & alia dona. Alibi Cererem canistris expediunt ministri, Osirim quoque, neque non Cererem, eodem insignitis gestamine Diodorus attestatur, & antiqua pleraque signa ostendere. Neque vero hic repetenda sunt ea, quæ plurima docuimus eo commentario, quo de Capitis, atque adeo Tricipiti significationibus agitur, utrum scilicet Serapis pro Sole, an pro Jove, an pro mundi totius machina, ut Nicocreonis Cyprio Regi ipso est oraculo proditum, accipiendus sit, quoniam eo loco hæc omnia sunt explicata.

AQUA. CAP. XXI.

Vna cur Osiridis dicata.

Sed enim urnam potius Osiridi dedicatam videas, idque ea de causa factum, quod cum non vitæ tantum, verum totius humoris dominum intelligebant, eumque Oceanum, perinde ac Hydram Thetin. Præferri enim urnam in sacrificiis, quæ Deum colerent, mos erat. Hydram enim quondam ingentem summo cultu, & ætonitâ pene veneratione prosequiebantur, quam obiectam, & cæca religione susceptam, in sacram ædem solenni pompa gestabant, quo cum pervenissent, terræ procumbentes manibus ad cælum sublatis gratiam agebant, qui primi divinæ benignitatis munera mortalium usui communicarent: utpote qui ex humore oriri omnia persuasum haberent.

A Thalio, ut D. Laer. in ejus vita.

CANOPUS. CAP. XXII.

Canopi figura undæ.

Alii, qui philosophiam eam cludebant, quorum è numero Ruffinus est. Canopum quendam apud Ægyptios in hydriæ speciem figurari solitum ajebant, quod invento callido, cum in certamine contra Persas deventum esset, victorem ignem e vicinis Persæ enim, ut alibi supra ostendimus, ignem numinibus omnibus anteposuit. Itaque minutioribus quibusdam foraminibus hydriam, quam contra ignem in periculum adducturus erat, à fundo perterebraverat, ceraque diligenter obturaverat. qua super ignem solenni certamine posita, vi caloris soluta, ignis extinctus expiavit. Quoniam vero de utrois locupletius alibi dictum, reliqua nunc vasa persequemur.

NON CESSANDUM IGNAVITER. CAP. XXIII.

Enigma Pythagora.

Sed id quoque nescio quid Ægyptiacum sapit, quod Pythagoras super medio sedere nos vetat, quippe rationis portione eam, quæ anima ipsa metitur, explorat, atque examinat, omniaque non esse otiosa desidiosa remittendam, habendamve negligenter: verum omni excitatione modoque & regula dirigendam, assidueque per cogitationis spatia agitandam. Cæterum D. Hieronymus hoc lubidius arcedi, non debere nos de victis sollicitos esse in die crastinum, prout etiam Dominicus præceptis admodum: quinquam Cyrillus priorè sequitur sententiam. Plutarchus in Sympliciis sibi holum ita exponit, ut ex præsentimense semper aliquid in futurum relinquamus, & crastini diei hodie meminerimus. Reliquidè parata non erit ulterius consultandum, ut nudipes ille Phrator hospitem elusit eam satur recederet, & ex reliquis capum integrum coctum in manicam conjecisset: interrogante hospite, quid eo facturus esset, in crastinum se alportare, dixit: cui cum subjecisset hospes, si qua lex nobis descripsi a est, ne de crastino cogitemus: suscepit ille Phrator, Pareo igitur legi, qui hoc nobis prædicto lafirmato, nihil quicquam super crastino sollicitus. Sed ut in re seria facessat joci, Plutarchus ad eorum more, quibus mentes inanes tollere magna erat religio, symboli videtur accommodare. Nam Chæmicem pro

Facta historia.